

EPISTLE: ROMANS 15. 4-13

Fratres: Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ et solatii, det vobis idípsum sápere in alterutrum secúndum Jesum Christum: ut unánimes, uno ore honorificétis Deum et Patrem Dómini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite ínvicem, sicut et Christus suscepit vos in honórem Dei. Dico enim Christum Jesum místrum fuisse circumcisiónis propter veritátem Dei, ad confirmándas promissiónes patrum: gentes autem super misericórdia honoráre Deum, sicut scriptum est: Propterea confitébtor tibi in géntibus, Dómine, et nómini tuo cantábo. Et íterum dicit: Lætámini gentes cum plebe ejus. Et íterum: Laudáte omnes gentes Dóminum: et magnificáte eum omnes pópuli. Et rursus Isaías ait: Erit radix Jesse, et qui exsúrget régere gentes, in eum gentes sperábunt. Deus autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo: ut abundétis in spe et virtúte Spíritus Sancti.

Brethren, What things soever were written, were written for our learning: that, through patience and the comfort of the Scriptures, we might have hope. Now the God of patience and of comfort grant you to be of one mind one towards another, according to Jesus Christ; that with one mind and with one mouth you may glorify God and the Father of our Lord Jesus Christ. Wherefore receive one another, as Christ also hath received you unto the honour of God. For I say that Christ Jesus was minister of the circumcision for the truth of God, to confirm the promises made unto the fathers but that the Gentiles are to glorify God for His mercy, as it is written: Therefore will I confess to Thee, O Lord, among the Gentiles and will sing to Thy name. And again He saith: Rejoice, ye Gentiles, with His people. And again: Praise the Lord, all ye Gentiles; and magnify Him, all ye people. And again, Isaías saith: There shall be a root of Jesse; and He that shall rise up to rule the Gentiles, in Him the Gentiles shall hope. Now the God of hope fill you with all joy and peace in believing: that you may abound in hope, and in the power of the Holy Ghost.

GRADUAL: Ps. 49. 2-3, 5

Ex Sion spécies decóris ejus: Deus manifeste véniet. V. Congregáte illi sanctos ejus, qui ordináverunt testaméntum ejus super sacrificia.

Out of Sion the loveliness of His beauty: God shall come manifestly. V. Gather ye together His saints to Him, who have set His covenant before sacrifices.

ALLELUIA: Ps. 121. 1

Allelúia, allelúia. V. Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Allelúia.

Alleluia, alleluia. V. I rejoiced at the things that were said to me: We shall go into the house of the Lord. Alleluia.

GOSPEL: MATTHEW 11. 2-10

In illo témpore: Cum audisset Joáannes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui ventúrus es, an álium exspectámus? Et respóndens Jesus, ait illis: Eúntes renuntiáte Joánni quæ audístis et vidístis. Cæci vident, claudi ámbulant, leprósi mundántur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páuperes evangeli-zántur: et beátus est qui non fúerit scandalizátus in me. Illis autem abeúntibus, cœpit Jesus dícere ad turbas de Joáanne: Quid exístis in desértum vidére? arúndinem vento agitátam? Sed quid exístis vidére? hóminem móllibus vestítum? Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid exístis vidére? prophétam? Etiam dico vobis, et plus quam prophétam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto ángelum meum ante faciém tuam, qui preparábit viam tuam ante te. CREDO

At that time, when John had heard in prison the works of Christ, sending two of his disciples, he said to Him: Art thou He that art to come, or look we for another? And Jesus making answer, said to them: Go and relate to John what you have heard and seen. The blind see, the lame walk, the lepers are cleansed, the deaf hear, the dead rise again, the poor have the gospel preached to them: and blessed is he that shall not be scandalised in Me. And when they went their way, Jesus began to say to the multitudes concerning John: What went you out into the desert to see? A reed shaken with the wind? But what went you out to see? A man clothed in soft garments? Behold they that are clothed in soft garments are in the houses of kings. But what went you out to see? A prophet? Yea I tell you, and more than a prophet. For this is he of whom it is written: Behold I send My angel before Thy face, who shall prepare Thy way before Thee. CREED

OFFERTORY: Ps. 84. 7-8

Deus, tu convérsus vivificábis nos, et plebs tua lætábitur in te: osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

Thou wilt turn, O God, and bring us to life, and Thy people shall rejoice in Thee: show us, O Lord, Thy mercy, and grant us Thy salvation.